


# CONCLVSIONES PHYSICAE



Præside P. M. Petro Peixoto Societatis I E S V

Tuetur Adrianus Pestana ex eadēm Societate

Integradie Martij.

QVÆSTIO DISPV TANDA.

Quis effectu liberalior Serenissimus IOANNES III. Orientis Solem Xauerium destinans,  
an Xauerius Sanctissimus Lusitanie IOANNE M nomine IV. Regem suscitans?

PRIMA CONCLVSION. Pro Principijs.

Vtrum Unio compositi Physici constitutas aliquod principium denon & Negatiue.

**P**RINCIPIVM in communi est Id unde aliquid fit, est, aut cognoscitur. Vnde diuiditur in principium incessendo, & in principium in cognoscendo. Principium in esse definiuntur Id à quo aliquid aliquo modo procedit. Cum causa non recurrat analogicè diuiditur in creatū, & increatum. Si quæras, vtrum increatum ad diuina, & creatum ad creata analogum sit, an vniuocum? Primum assero. Duo sunt principia in facto esse, quæ res naturales in suo esse positivo constituant, materia scilicet, & forma. Priuatio est principiū generationis in fieri negatiuum. Si quæras, vtrum in generationibus miraculosis hoc ultimū principiū necessariō reperiatur? Respondeo negatiue.

## SECVNDA CONCLVSION. Pro Causa In Communi, &c.

Vtrum idem effectus possit diuinitus pendere à duplice causa totali? Affirmatiuē.



A V S A est Principium per se influens esse in aliud. Communem illius diuisionem in materialem, formalem, efficientem, & finalem, ut adaequatam amplectimur. Omnis causa est relatum transcendens ad suos effectus. Causa vniuoca & que nobilis, & quiuoca principalis semper nobilior est suo effectu. Causalitas est dependentia effectus à causa. Ab effectu distinguitur distinctione modali, à causa verò distinctione ex natura rei. Non consistit in relatione, neq; cum causa identificatur, sed cum effectu. Si queras vtrum causæ eiusdem generis possint se inuicem naturaliter causare? Respondeo negatiuē; imò nec diuinitus quoad primam productionem; quoad reproductio- nem vero, & mutuam conseruationem affirmatiuē.

## TERTIA CONCLVSION. Pro Causa Efficiente Increata.

Vtrum Deus possit producere intellectum supernaturalem in substantia naturali? Negatiuē.



A R I primam causam naturali lumine demonstratur. Ab illa pendent res omnes tam in suo esse, quam in suo operari. Constituitur in actu primo per suam omnipotentiam, virtualiter distinctam ab intellectu, & voluntate diuina. Potest facere substantias in infinitum essentialiter perfectiores; non tamen substantiam inhærentem, intellectuam non volitiam, vel è contra. Non potest infundere habitum erroris, aut vitij, potest tamen infundere speciem repræsentantem ens ratio- nis. Determinatur à causis secundis quoad speciem, illas vero determinat quoad individuum. Vna eademq; omnino actione producit res creatas, & illas conseruat; hoc tamen secun- dum non semper est immediate. Quærenti, vtrum possibilis sit creatura, quæ possit creare vt causa principalis? Respondeo negatiuē, vt instrumentalis affirmatiuē.

## QVARTA CONCLVSION. Pro Causa Efficiente Creatæ.

Vtrum potentia obedientialis se sola absq; ullo intrinseco vel auxilio cum extrinseco tantum, effectus supernaturales possit elicere? Affirmatiuē.



A V S A efficiens est Principium per se extrinsecum à quo primo est actio. Non po- test etiam diuinitus operari, quin existat; potest tamen agere in remotū, quin agat in propinquum. Nullum accidens potest esse principiū effectuum substâ- tiæ, nec substantia accidentis, quod non sit eius proprietas. Subsistens non influit immediate, ac effectuè in actiones, quæ eliciuntur à supposito; imò nec est conditio per se requisita ad tales operationes. Non repugnat materiâ primâ, aut quodlibet aliud instru- mentū nō propriè operativum, eleuari ad operandum per proprias actiones. Potentia obedientialis non consistit in aliquo negatiuo, sed positivo virtualiter distincto à subiecto in quo re- peritur. Influit immediate in effectus supernaturales. Si queras vtrum potentia obedientia- lis sit relatū transcendens ad suos actus? Respondeo affirmatiuē.

## QVINTA CONCLVSION. Pro Causa Materiali.

Vtrum Deus possit exercere rationem Causæ materialis? Negatiuē.



E F I N I T V R causa materialis Id ex quo aliquid fit. Materia licet sit pura po- tētia, tamen omnem actum non excludit; suā habet peculiarem existentiā, non tamē potest naturaliter existere sine omni forma; licet hoc diuinitus nō repug- net, & hoc eadē auctiōne quā sub forma cōseruabatur. Nō potest diuinitus educi, aut inhærere. Materia Cælestis, & sublunar is sunt eiusdem speciei; idē de illarum quātitate dicendū arbitror; supposito tamē quod non sit nisi eiusdem speciei, sublu- nar is nobilior est, & accidens supernaturale, omni substâtia naturali. Materiæ causalitatē tam infieri, quā in facto esse in passione probabilius cōstituimus. Proprietas materiæ est quanti- tas. Vtrū Verbum Diuinum respectu humanitatis Christi Domini rationem habeat causæ formalis, aut materialis? Vtrumque infiōr.

## SEXTA CONCLVSION. Pro Causa Formali.

Vtrum anima rationalis possit per diuinam omnipotentiam educi? Negatiuē.

**D**ANT V R formæ substanciales: omnes materiales sunt formaliter diuisibiles: de potestate materiæ educuntur; possunt tamen diuinitus creari. Idem assero demodis, vna excepta eductione. Vna forma non potest naturaliter duas materias informare, quemadmodum nec vna materia duas formas naturaliter recipere: vtrunq; vero diuinæ omnipotentiæ non repugnat. In composito Physico duas admittimus non totales, sed partiales vniones; illa tamen vnio, quæ datur in composito rationali ex parte formæ, est formaliter indiuisibilis, (quod etiā intellige de. Vbi Angelico:) producitur à generante, sed diuersa actione ab illa per quam ipsa forma producitur. Quæres vtrum forma spiritualis accidentalis in subiecto corporeo, & accidentalis corpora in subiecto spirituali collocari possit? Non potest.

## SEPTIMA CONCLVSION. Pro Causa Finali.

Vtrum operationes Dei ad extra sint propter finem? Affirmatiuē.

**E**INALIS causa est Id cuius gratia aliquid fit. Diuiditur in finem cuius, & finem cui, est propria & realis causa; illius causalitatem in actu primo in bonitate reali, vel à pparenti, in actu secundo in actione, quam dicunt metaphoram, constituimus. Ad causam finalē requiritur cognitio iudicativa, nec sufficit sensitiva, aut apprehensiva. Res impossibilis cognita ut talis non potest finalizare; nec malum qua malum est; similitè repugnat, quod medium sub ratione medij voluntatē aliquat ad sui intentionem; implicat quod negationes, & entia rationis, rationem habeant causæ finalis; maximè tamen decet, quod finis particularis subordinetur vltimo tam in suo esse, quam in suo operari. Sit ne hæc subordinatio physica, & realis? Moralis est.

## OCTAVA CONCLVSION. Pro Causa Exemplari.

Vtrum possibilia à Deo pendeant in genere cause Exemplaris? Affirmatiuē.

**E**XEMPLAR definitur Forma quam effectus imitatur ex intentione agentis determinantis sibi aliquem finem. Consistat ne in conceptu formalis, an obiectu lis est? Vtrunq; probabile iudico, sed in obiectu principaliter consistere probabilius; siue exemplar creatum sit, siue diuinum. Illius causalitas est eadem entitas actionis, quæ egreditur ab efficiente, prout respicit exemplar ut causam dirigentem, & determinantem. Vtrum vero nouum genus causæ constituat? Dubium est negatiuē dirimendum; illud ad formalem causam externam reuocamus. In Deo multiplex idea reperitur. Quæres vtrum detur aliqua rerum impossibiliū, negationū, aut entium rationis? Nō datur.

## NONA CONCLVSION. Pro Causa Libera.

Vtrum concursus, qui ex parte Dei requiritur ad libertatem, sit omnino absolutus, an conditionatus? Conditionatus.

**I**BERTAS est perfectio simpliter simplex; supposito tamen quod talis non sit, non repugnat dari increatura, & tamen in Deo non admitti: non est possibilis qualitas, quæ simul à parte rei sit intellectus, & voluntas. Non est possibilis potentia corporea, quæ sit libera. Ex duobus medijs potest nostra voluntas eligere æquale, aut minus bonum, præuiam qualitatem, ut libertatis distractiūam, non admittat. Defendo tamen Deum posse necessitare nostram voluntatem, tum immediate se ipso, tum prævia aliqua qualitate, vel cundem adhibendo concursū, quem ad actus liberos illi tribuit. Vtrum ne in voluntate creata possit dari pura actus suspensiō; & vtrum hæc suspensiō sit libera? Vtrunque assero.

**SEXTA ACONCILIACIÓN DEL CONSEJO DE FORMACIÓN**

၁၃၂၁။ ဒေသများ အနေဖြင့် အမြတ်ဆုံး လုပ်နည်း ပါဝါယူရန် အကြောင်း

TERTIA. NO. 1. Collection of Poems; New Poetry.

CONFESIÓN CONCILIAR. - P. G. C. M. P. M. A. S. E. P. T. I. M. A.

OCULTAVIA CONGREGATIO - PRO CATEQUEXISATIONE

၁၃၁၂ ခုနှစ်၊ မြန်မာနိုင်ငံ၊ ရန်ကုန်တောင်းခြောက်မြို့၏ အနောက်မြေတွင် ၁၃၀၈ မှ ၁၃၁၂ ခုနှစ်အတွင်း

NONA CONCIASIO. PRO CURE TIPICAE

CONIBRICAE. *Laus sanctissimae. Agnus Domini. Formicula. MDCLII.*  
Hoc iubecutum ut iipietas. Attundat specio.  
tipetos illi stupis. Attrae in leviorate etenies potest quod praeceps iubecutio est. Attra  
mendis te ipso sumptuaria. Siliqua siliqua ducilitate. vel cunctem aquinpeudo conciliat. atque sagittis  
num, non aquam. *Ita gloriam.* Denuo potes uicelesitare nouitiam aquinpeudo. cum in-  
ciliac adhuc. que minima poteris. pectus pectus. acutissime silvas ducilitate. vel cunctem aquinpeudo con-  
gligare adhuc. que minima poteris. pectus pectus. acutissime silvas ducilitate. vel cunctem aquinpeudo con-  
gligare adhuc. que minima poteris. pectus pectus. acutissime silvas ducilitate. vel cunctem aquinpeudo con-  
gligare adhuc. que minima poteris. pectus pectus. acutissime silvas ducilitate. vel cunctem aquinpeudo con-